

V  
C  
632

61

Vc  
632

I.  
Q. F. F. F. Q. S.  
ad

# ACTVM SOLENNEM quo SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI JOHANNIS WILHELMI

Saxoniae, Juliaci, Cliviae & Montium, Angariaeque  
& Westphaliae Ducis,  
& reliqua,

clementissimo iussu

ab

Nobilissimo, Amplissimo, Prudentissimoque,  
Vrbis ISENACI

SENAT V  
legitime vocatus

curam GYMNASII totius supremam,  
adiuuantem Deo, auspicabor,

Mecoenates omnes, Patronosq; & quotquot rei  
litterariae Scholaeque saluti fauent,

in crastinum diem,  
qui erit d. XIII. Januarii Anni a C. N. c. 1000.  
submisse, officiosissime ac peramanter  
invito

CHRISTIANVS Juncter/ Dresdensis,  
Historiographus Ducalis Saxo-Hennebergicus,  
& Gymnasii Isenacensis Rector.



De Wilhelmi Saxon. Principibus



ACUM SOLIENEM  
SVE GUTSAMPTVCTIS AC DOMINI  
DOMINI  
QD ANNIS  
VITI

Supradicti sive quilibet de monasteriis  
Malleensis Duce  
Chanceryllo iusti  
VITI



**G**ENTEM SAXONICAM, ex qua tot Sacri Romani Imperii ELECTORES PRINCIPESQUE per quamplurima saecula prodiere, non Germaniae solum, sed toti Europae, rerum a se fortiter gestarum intulisse haec tenus monumenta, usque adeo dubio omni caret, ut ipsi etiam, qui inuidere aliorum virtuti solent, opprimere disimulando veritatem nec velint, neque, si imo velint, vnuquam certe possint. Longius autem foret, euagari per temporum omnium exempla; Saltem iuvabit paucis notasse, quod, ut nomen eorum *Saxonie Principum*, qui ioh. FRIDERICI adpellati sunt, quasi fatalis quedam ac dura rerum conditio comitata est, ita ex aduerso, qui WILHELMORVM nomine insigniti fuerunt, plerique belli pariter pacisque studiis artibusque in tantum eminuerint, in quantum & hae & illa possunt intelligi. Adeo quidem, ut, qui WILHELMOS SAXONES nuncupat, simul necesse habeat in memoriam reuocare pietatis, fortitudinis, clementiaeque & sapientiae innumera documenta. Primus autem ex Marchionibus Misniae Thuringiaeque Landgrauis inclaruit hoc nomine, WILHELMVS COCLIS, Princeps in acquirendis & pretio & vi armorum provinciis felix, fratriss filium post se relinquens WILHELMVM DIVITEM, Electoratus Brandenburgici aliquamdiu emtorem; quem simili fasti commemorant, exules Praga Musas, fratre Friderico consentiente, in urbem Lipsiam anno 1500000. benigniter exceperunt. (a) Utrumque vero & fama & gloria magnorum operum superavit WILHELMVS, Friderici Bellicosi, qui primus dignitatem Saxonie Electoralem in gentem suam intulit, filius; cuius laudem nisi dissidium cum fratre Electore Friderico placido, consiliiis prauorum hominum accensum, quorum usque ex re erat, animos fratrum nulquam ad concordiam componi, quadam ratione obscurasset, nihil erat, quod magnitudini eius posset adiici. Principis huius alia inter perdurans ad nostra usque tempora monumentum fuit, CONSTITUTIO sic dicta WILHELMINA; qua lege, ordinum sententias confirmata, cautum

A 2

cautum

(a) Max. Reu. Dn. D. Rechenberg. Prof. Theol. Lips. primarius in Diss. de Sereniss. Electorum Saxonie fauore in litteras & scolas, §. 6.

Cautum est graui iudicâ poena, ne quis ciuitâ auderet vocare reum ad iudicem alienum. (b) Mirum heic tamen videri queat, ex eo tempore, quo *Saxonie Principes*, in *Ernestinam Albertinamque familiam* abierunt, atque inde ab obitu Alberti Animosi, qui incidit in annum Christi cccc. vsque ad annum ccccclxix. adeoque ultra saeculi viii dimidiique extentum spatiu, solum esse *Reuerendissimum ac Serenissimum Principem Dominumque*, DN. MAVRITIVM WILHELMVM, *Postulatum Episcopatus Naumburgici Administratorem*, *Ducem Saxonie*, & rel. in quo resplendescere denuo coepit, quadam veluti obliuione in Alberti Ducis progenie, extinctum WILHELMI nomen, & nouam quasi vitam sibi conciliare, confluentibus quippe in unum virtutibus eminentissimis, cum rerum agendarum prudentia exquisita sapientiaque admodum suauiter bonaque in posteros omnine coniunctus. At *Ernestinae Saxonum genti* vti *Fridericorum Ernestorumque*, ita sane etiam WILHELMORVM præ aliis frequens & proprium, faustumque in primis & inclutum nomen legitur aequa, ac trahitur in admirationem. Invicti apud Gallos animi sui monumenta posuit JOHANNES WILHELMVS, Johannis Friderici Electoris filius, idemque cum fratre Johanne Friderico Secundo auctor conservatorque Academiae Jenensis, quam legibus munivit, & auctoritate defendit, opibusque exornauit, iure quodam suo *Restaurator illius* in Nummo caeteris rariore ideo adpellatus; (c) testatumque praeterea fecit, quantæ curae habet dei cultum, *Colloquium inter Theologos Altenburgi* instituendo de controversiis graui natis sub sydere; neque huic negotio ipse solum præfedit, sed corpus etiam doctrinæ Christianæ, quod vulgo vocant, (d) præceptiones de iis, quae Christianum fas est scire ac persuaderi, complexum publicauit, sacrae Scripturae librorumque a Lutherô editorum per omnem vitam amantisimus. (e) FRIDERICVM WILHELMVM, Johannis Wilhelmi gnatum, loquuntur annales, grataque adhucdum memoria colit Saxonia Electoralis tam salutare sibi olim nomen. Huic enim Principi in acceptum refert, præter solleritem prudentemque & commodam administratae reipublicae curam, quod infatigato eius studio turba malefidorum hominum, ima summis miscere haec tenus solitorum, in exilium ire iussa; (f) quod prouinciis pax redditâ stabilior; quod sincerior cultus Numinis denuo fuit confirmatus; quod in comitiis ordinum frequentibus legem sanxit pro-

(b) Nobiliss. Dn. Job. Seb. Muller, *Secret. & Archiv. Vinariens.* in *Annal. Saxon.* ad Ann. 1446. fol. 25. & Celeberr. D. Job. Schilterus, in *Tract. de Libertate Ecclesi. German.*

(c) B. Dn. Confliar. Tenzelius, *Numism. Saxon.* T. II. Lin. Ernest. p. 338. seq.

(d) Nobiliss. Dn. D. Christ. Franc. Paullini, *Annal. Isenac.* ad Ann. 1569, pag. 210.

(e) Hern von Zealer Tägl. *Schauplatz der Zeit* / fol. 211, 212.

(f) Anton. Weckii *Dresd. Chronik* / fol. 137, f.

promulgavitque, ne ministerio vlli admoveretur, nisi qui iuris uran-  
di fide suam in religione pura tuenda constantiam adprobasset; (g)  
quod societatem instituit, pro extirpando diuini nominis abusum: (h)  
quod Rectoratu Academæ Jenensis defungi voluit cum laude summa;  
(i) quod *Articulos* in Ecclesiarum salutem perpetuam *Vishuarios* (sic  
enim confueuerunt vocari) conscribi recipique ab omnibus fecit;  
quod Theologos suos ad Colloquium cum Pontificiis habendum Ra-  
tisbonam misit; (k) quod formulas precationum suarum Ipse colle-  
git, latinoque pariter & vernaculo sermone a semet partim confectas,  
suo quoque nomine edi in publicum curauit; (l) quod denique no-  
tabili Nummo ad posteros reliquit memoriam amoris, fidei, concor-  
diaeque suae erga Christianum II. Electorem. (m) Haec omnia vere  
dixeris *Monumenta Wilhelmina*. Neque vero filium eius FRIDERICVM  
WILHELMVM II. *Altenburgensem* vlla filebunt tempora, quamdui ipsius  
potissimum sumtibus exscripsit anno CCCCCCLXIV. Lutheri opera ma-  
nibus piorum doctorumque versabuntur. WILHELMVS *Vinariensis* li-  
neae vnicus propagator & felicissimus, totac tanta magnanimitatis suae  
constantiaeque in rebus aduersis, doctrinae etiam, qua mentem pul-  
cerrime instruxerat, & in twendis Musis clementiae, dedit experimen-  
ta, vt prope annalium laboret fides. Quid enim proximus, quem  
obtinuit, a Rege Sueciae Gustavo Adolpho in exercitu locus; (n)  
quid aucta per ipsum redditibus Academia Jenensis; (o) quid legatae,  
ad subleuandam sacerdotum docentiumque in schola Vinariensi ino-  
piam, pecuniae annuae; (p) quid exculta ad elegantiam lingua Ger-  
manica, ipso societatem fructiferam sapientissime moderante; (q)  
quid tot Nummi ab ipso in memoriam variorum in familia sua euen-  
tuum ingeniosi ornati; quid arx, quae Vinariae adiacet, post fune-  
ritam ex igne labem magnifice restituta, & *Wilhelburgum* adpellata;  
quid, inquam, haec omnia aliud sunt, quam *Wilhelminae virtutis monu-  
menta* eximia, cuncta quippe, ex Matris voto supremo, bene faciemus?  
JOHANNES WILHELMVS, *Wilhelmi* ex Bernardo filio Neps, dum so-  
lemni Patris Maiorumque more sceptræ Jenensis Academia capesit,  
eademque in biennium clementissime temperat, istamque rem Num-  
mo

(g) *Dn. Mullerus Annal. Saxon.* fol. 207. ad ann. 1592.

(h) *Dn. Tenzelius Monat. Unterred.* 1697. p. 991. seq.

(i) *G. Lohmeieri Historische und Genealogische Stamm-Tafeln / auchæ studio  
Generofisif. Dn. Jacobi Wilhelmi Imbosii;* Tab. 24. P. II.

(k) *Tabb. Genealog. Lohmeierio-Imbosianæ,* l.c.

(l) *Dn. Tenzelius, Numism. Sax. P. II. Lin. Erneſti.* p. 305. f.

(m) *idem l. c. p. 387. f.*

(n) *Sam. a Pufendorff. Schwedisch-Teutsche Kriegs Geschichte.*

(o) *Dn. Muller Annal. Saxon.* f. 349. & 417.

(p) *idem l. c. fol. 418.*

(q) *Georg. Neumarkt/ Neusproffender Teutonischer Psalm-Baum.*

mo singulari ab obliuione temporum vindicat Principis adhucdum iuuenis patrus tutorque, *Serenissimus Princeps ac Dominus, DN. WILHELMVS ERNESTVS*, Dux Saxonie & rel. suae simul, id est *Wilhelmina*, gloriae monumentum posuit. (r) De cuius pietate in Deum, amore, in litteras, & in pauperes beneficentia testabitur Vinaria, quamdui & Sermo quondam habitus, (s) institutioque in doctrinae Christianae initii, Ipso iubente publice tractanda, (t) & *Wilhelmo-Ernstina liberitas*, qua duodecim alumni in schola Vinariensi quoq' annis sustentantur; (u) & Bibliotheca praestantisima cum Cimeliorario, perdurabunt. JOHANNEM WILHELMVM, postquam is per totam Germaniam Poloniarnque & Sueciam, Vngariam item & Italiam, & apud Batauos inque Britannia, excelsi animi famam circumtulit, Gallia tandem experta est hostem, fortissimeque dimicantem, post infelicem in praelio casum, *virtutis Wilhelmina*, eiusdemque Saxonicae, vidit relinquere monumentum; quem prouida Numinis cura, medios inter intempesti maris fluctus, factoque in naufragio, saluum tamen in Sueciam & ad suos demum *Gotham* ante perduxerat.

Quodsi vero aemulatio ingenia alit, honestaeque mentes ad studia gloria incenduntur; (x) sane etiam PATRIAE nostrae PATER, pius, felix, pacificus, *Serenissimus Princeps ac Dominus, DN. JOHANNES WILHELMVS, Dux Saxonie, & rel.* Maiorum suorum imitatus exempla, non in spem modo felicis imperii ex *Nassonica Coniuge* (quae gentili & prae caeteris fere insigni *Wilhelmorum* nomine efferre se potuit, idemque in sanguinem simul suum deriuare) genitum filium, *Serenissimum Principem ac Dominum, DN. WILHELMVM HEINRICVM*, similem sui saeculo pollicetur, Ipsum Academiae Jenensi *Wilhelmina virtute* (y) praesse.

(r) *Dn. Muller, l. c. f. 578.*

(s) *Max. Reu. Dn. D. Georg. Heinr. Gözius, Theologus Lubecens, in eleganti Diff. de Concionatore Principe, ubi integer Sermo legi posset.*

(t) *Dn. Muller l. c. f. 619. ad ann. 1693.*

(u) *idem ad ann. 1696. fol. 644.*

(x) *Velleius Paternulus Hisp. Rom. I, 16.*

(y) *notatu maxime digna sunt verba, quibus inter alia addocutus est Serenissimum PRINCIPEM anno 1696. die xxiv. Angolfi, Generof. Dn. Philiippus Ernestus von der Brüggen / Nobilis Curiandus, inquiens litt. C. 2. a. b. Selbst der Nabine Sr. Hoch Fürstl. Durchl. unsers gnädigsten Prinzen / giebt uns ein Zeichen funstigen Gedehens und der Vermehrung unsers Aufthiebens. Es sendt nun Ihre Hoch Fürstl. Durchl. der dritte Wilhelm / so als Rector Magnificissimus diesel Academiade Scpter führen; und drey Durchlauchtigste Wilhelme haben allezeit die Anehnung solches Regiments als gnädigste Landes Väter / genehm gehalten. Id quod exemplis Friderici Wilhelmi & Johannis Wilhelmi probat, max adiiciens. So wird dann gewiß E. Hoch Fürstl. Durchl. als der anit den Academischen Purpur tragende dritte Wilhelm / welchem so viele unschätz-*

esse passus; sed domum etiam commodam perelegantemque dum  
in sylva Isenaco vicina exstrui iubet, in qua principalium negotiorum  
sollicitudines otio plane amoeno interdum dispungeret; dumque ean-  
dem ex nomine suo *Wilhelminam* Vallem vult adpellari; quid  
aliud effecit, quam vt videntes eam, audientesque ab aliis lau-  
dari, taciti secum *Wilhelminum* venerentur monumentum? At longe per-  
ennius est aere omni, altiusque regali pyramidum situ, quodque  
nec edax imber, nec impotens aquilo, nec innumerabilis annorum  
series, aut temporum fuga, diruere vinquam poterit, (z) monumentum  
istud, quod *Wilhelmina* pietas OPTIMI PRINCIPIS ante hosce tres, &  
quod excurrit, annos coepit exigere. Quippe sumtu IPSIVS libe-  
raliter erogato, Monasterium olim Praedicatoribus Monachis inha-  
bitatum, haec tenus vero scholae provinciali destinatum, nouo auctum  
splendidoque aedifici eret Seminarium, vsibus Candidatorum.  
Theologiae indultum, Classem quoque accepit Selectam, in qua studiis  
Academicis praepararentur iuuenium animi, die xxviii. Julii anno  
cccccciv. praesente DEO ac PRINCIPE, precibus votiuisque pio-  
rum adclamationibus dedicatam, (aa) adeoque ex vero dictam Colle-  
gium *Wilhelminum*. (bb) Exqua institutione dum fructus in rempubli-  
cam exspectantur pulcerrimi, PATERque PATRIAE nuper admo-  
dum clementissime voluit, Scholam hanc *Gymnasi* nomine in poste-  
rum ornari; neque spem nostram vanam esse finit constans in diuinam  
benignitatem fiducia; quem quaeso interitum poterit vereri MON-  
MENTVM hoc WILHELMINVM? Scholis certe bene constitutis salus  
reipublicae & firmatur & durat. In id igitur operam posuerunt  
Vir Nobilissimus, Dn. *Johannes Jacobus Syrbius*, primus & Seminarii  
Theologici & Clasis Selectae Inspector; & Vir Clarissimus, Dn. M.  
*Christianus Zeidlerius*, Rector Scholae, vterque praeclare meriti. Ex illi-  
us vero discessu ad obeundam in Academia Jenensi professionem  
philosophicam, huiusque beato ex hac vita abitu, cum Amplissimus Vr-  
bis Isenacensis Senatus mihi tradiderit primam *Gymnasi* sui curam, nomine  
Re-

---

schätzbare Regenten-Tugenden von dero Durchlauchtigstem Herrn  
Vater Herzog Johann Wilhelm / angeboren / und welches  
durch die siets vor Augen habende Eremel. Ihrer hohen Ahnen/  
selbigen ie mehr und meh zur loblichten Nachfolge anfeuern / Ih-  
ren Durchlauchtigsten Vorfahren nicht nachgeben / sondern auf  
der Rennebahne der Tugend annoch denenselben vorzukommen mit  
höchsten Fleiße trachten sc. sc.

(z) Horatius Od. 3, 50.

(aa) Videatur *Tractatus* nuper admodum editus a Dn. Joh. Christophoro Zerbstio,  
Superint. General. Ducatus Isenac. & Pastore, sub titulo: *Eisenachisches*  
*Dreyfaches Gedächtniß*, pag. 69. sq.

(bb) ibid. pag. 82.

FK 7c 632

Rectoris administrandam, PRINCEPSQUE SERENISSIMVS me simul  
moderari Classem Selectam voluerit clementissime; utrumque autem  
officium crastino die, qui solemnni Introductioni destinatus est, bono  
ex novi anni auspiciis omne decreuerim ausplicari; Mecenates Peril-  
lustres Excellētissimosque, Patronos omnes, & quoniam rei litterariae scholaeque incre-  
mentis fauent, submissis, officiosissime, ac peramanter rogo, ut & Ipsi  
collocare in Gymnasium fauoris sui monumenta, piisque adesse &  
linguis & animis velint, meque verba pro fide in posterum praestan-  
da facturum benebole auscultare. Perscribebam Isenaci, IV. Iduum  
Januarii, Anni a C. N. CCCLXXVIII.

ISENACI, typis Michaelis Vrb. lae Typogr.



nc

mul  
em  
no  
ril-  
cre-  
Ipf  
e &  
an-  
am



VDR






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-719429-p0012-4

DFG

Vc  
632



I.  
Q. F. F. E. Q. S.  
ad

ACTVM SOLENNEM  
quo  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI  
JOHANNIS  
WILHELMI  
Saxonie, Juliaci, Cliviae & Montium, Angariaeque  
& Westphaliae Ducis,  
& reliqua,  
clementissimo iussu  
ab  
Nobilissimo, Amplissimo, Prudentissimoque  
Vrbis ISENACI  
SENATV  
legitime vocatus  
curam GYMNASII totius supremam,  
adiuante Deo, auspicabor,  
Mecoenates omnes, Patronosq; & quotquot rei  
litterariae Scholaeque saluti faucent,

in craftinum diem,  
qui erit d. XIII. Januarii Anni a C. N. C. 1000 VIII.  
submisse, officiosissime ac peramant  
inuito

CHRISTIANVS Juncter / Dresdenis,  
Historiographus Ducalis Saxo-Hennebergicus,  
& Gymnasii Isenacensis Rector.



De Wilhelmi Saxon. Princeps.

